


ZIBETHICVM ANIMAL AMERICANVM.



IO. FABRILYNCEI DESCRIPTIO.



LIQVALEM & hoc Animal, cum proximè præcedentibus duobus iam descriptis conuenientiam habere videtur, si maculas spectes. Veruntamen plures differentiarum notæ in reliquis sese corporis membris offerunt. Caput imprimis non crassum, sed tenue, & acutum habet, vt rostrum Caninum potius, quam Felinum esse iudicares, quod cum labris suis subrubet. Orbitæ circa oculos, qui minus truces sunt, nec magni admodum, alblicant. Ceterum subcineritij coloris est caput, & pili in barba vix vlli. Collum quoque longius, quam in Tigre aut Cato Pardo, quod pulchro quadam ordine alternis nigriusculis & albicanibus fascioli, veluti toridem torquibus arte adpictis exornatur. A Capite ad dorsum, per collum longitudinem supernam similium colorum linea excurrunt. Dorsi medium à collo ad caudam linea nigricans pilosa valde distinguit. Maculis in corpore cinereo minus obscuro nigricantibus, rotundis, & ovalibus ordinatim secundum lineam rectam, versus caudam productis, insigniter decoratur. Ita vt superiores, dorso quippe viciniores, sint maiores, mediocres paulò inferiores, & quæ in imo sunt ventre fensim euanescant. Caudam gerit alternis similiter, vt in collo dictum, fasciolis nigrescentibus ac cineritjs distinctam, ac satis longam. Sub cauda tria foramina eminenter vistui se præbent, anus scilicet, loculus ille, in quo Zibethum colligitur & extrahitur, ac vulva: medium tamen cæteris duobus maius appetet.

SCHOLIA

IO. FABRILYNCEI EXPOSITIONE. ALIA 539

SCHOLIA E IV S DEM.

Iber hic à F. Gregorij nostri de Boliviar veridica non minus, quam curiosa Animal Zibethicum à F. Gregorio describitur.

Hoc animal inquit ipse, nascitur in multis Indiæ orientalis atque occidentalis partibus, cuiusmodi in Orientali sunt prouinciae Bengalæ, Ceylan, Sumatra, Iawa maior & minor, Malipur ac plures alia.

In Nova Hispania vero sunt prouinciae de Quatema, Campege, Nicaragua, de Vera Cruce, Florida & magna illa Insula Sancti Dominici aut Hispaniola, Cuba, Matalino, Guadalupa & alia.

In Regno Peruano animal hoc magna copia reperitur, In Paraguay, Tucuman, Chiriquanas, Sancta Cruce de la Sierra, Tungas, Andes, Chiachiapoas, Quizos, Tismana, Nouo Regno & in omnibus prouincijs magno flumini Maragnone confinibus, quæ circa hoc ferme fine numero ad duo Leucarum millia sunt extensis. Multo adhuc plura eiusmodi animalia nascuntur in Brasilia vbi mercatu vel Cambium Zibethi sive Algalia exercitatur.

Magna horum abundantia quoque est in Guinea, in prouincijs nimisrum de Loango, Congo, Manicongo, circa flumina Angole, vtque ad Cafres & finem Bonapartie, maximè autem in grandissimis & extentissimis montibus qui ibi prostant, quos fragoas Cuffides appellare solent. Et ex parte quidem Cafres montium de Torea, aut de Luna vbi maxima Algalia quantitas exstet, quæ tali modo acquiritur & preparatur.

In hisce montibus quos animalia hæc pererrant omni adhibita diligentia, Nigritæ sive Mori illi perquirūt veteres arborum aridosque truncos, & vbi aliquæ maculas magnas easq. oleofas obseruauerint, eò se conferunt, & globosam quandam materiam truncis ijsdem adhærescentem, nuculas aut castaneas magnitudine æquantem inde auferunt, in aqua ebullire permittunt, id quod supernat pingue & oleosum remouent, mundioribus vasis infundunt, vñique reseruant. Atque hæc est omnium oprimia ac purissima Algalia.

Iam si cui dubitandi animus esset, legitimunne an adulteratum id Zibethum esset, quod empratus est, infundat hoc in vas, in quo aqua bullit; & statim quod heterogeneum & Algalia admixtum fuit, fundum petet, Zibethum autem sincerum aquæ superficie innatabit.

Hæc autem pileæ sive globuli Zibethici arborum truncis adhærent, quoniam a tali humore hoc animal maximè vexatur, cum ex intimis corporis partibus ad emundatoria, vt vocant Medici, prorumpat & sudoris instar sub axillis præcipue, & loculis intra clunes suis colligatur, non procul à genitali membro.

Alius colligendi Algaliam modus talis est. Ex huiusmodi Animalibus aliquo modo domi cicuratis, quod nempe in caue magnis adseruentur, cum enim humore hoc quasi onerata molestantur, tunè velociter per caueam ambulant, colligatur donec ferme sedor ipsis prorumpat. Tum enim auriculario, sine minimo quodam cochleari loculos emundant, humorem illum abstergunt & collectam Algaliam

Algiam in vase appropriata reponunt.

Habet hoc animal exiguum vnum Felibus nostris, si corpus saltet spectes similitudinem, quibus tamen multo maius est. Altitudo ad tres palmos & longitudo ad sex pertinet. Elongatum habet & caput & collum, crura autem brevia omnia. Vngues quoque obtusos brevesque. Pellem obrinet cineritij, coloris cum maculis tam rotundis, quam longioribus tenacioribus instat, sed coloris obscurioris ita, ut & reliquo rotius corporis colore maxime clareantur. Pili pectoris ac ventris albescunt magis, sed non tot maculis consperguntur.

Mamillas sex habent. Est hec bestia Cholerica multum, ac inquieta. Sex habet mammillas vias minutas & totidem fatus, mammillarum nempe pares numero edit. Entriit suos Catulos in magnarum arborum cauernulis, ubi sibi suisque filii tutam stationem esse putat, quamvis sapientia captiatur cum filiis, domique facilem educetur. Vorax est & ex aliorum animalium rapina vivit, avium prestitum; quarum capture gaudet, cum velocissimi sit cursus. Temperatura est calidissima. Pellis ventris ipsius est saluberrima in omnibus frigidis affectionibus. Ventriculum praecipue roboret, si frustulum ex hac eidem impontatur & quotidie gestetur. Nigris illi Guineae, & Brasiliens barbari, huius quoque animalis carnibus vesicatur, utcunq; sit pessimi odoris, & digestionis durissimas, quam ad venerem tamen præstare maximum stimulum affirmant. Naturalium rerum Professores alias quamplurimas Animalibus huius proprietates norunt, quarum ego mihi curiosus indagator fuit. Hoc illi etiam super resiliens nilegat amplexu id vnam sub his, ut.

Miror profecto F. Gregorij nostri summam in Animalium perquisitione industriam & tenacissimam, eorum quæ vidit inquam, memoriam inurobi mirans. Lector, hæc omnia quæ hactenus ipsius ab ore & scriptis hausi, & posthac dicti rursus sum plura rarioraque absque vilius ipsum ope libri memoriter descripsisse & per compendium quodammodo primum inter colloquia protractione etiam plura afferat) ratiuum contraxisse. Illude supra n. m. in multis obviis meiusupsum.

Mereor sane, hoc animal, ut non minus diligenter, quam in praecedentibus factum est, examine. Vegerum de hoc thesauri si quid modo de tam odore, to ipsi animali inoluit, excutitur. Igo, res summa ibidem in aliis dicitur. Admirabilem quandam odoris suavitatem olos Pandalis ynequit. Elianus a. Hist. An. cap. 212. quam bene blandi præstantiam attingi possit & coarctare cum sibi propriam purant ali planè tenet, cum vero cetera animalia hanc eum & in prædicta securitate. Eo longe antiquorum Veteres reliquos memoria nulla existet: & odoris quidem vniq; argumento discuntur. Sed enim haud certum est Antiquorum Pantheram gratum hominibus esse. Et hoc opinio. Improbatur. Sed enim haud certum est Antiquorum Pantheram gratum hominibus esse. Et hoc opinio. Odorem qualem hunc Zibethum spirat præbuisse. Nam item Aelianus hunc ceteris solammodo animalibus autundum odorem, at quo veluti ab eis incitat.

milega

rentur, fuisse, his verbis codem loco insinuauit. Hinnuli, Dorcades, Capre, uestres, atque alia eiusmodi animalia quadam suavis odoris illecebra attrahuntur & proxime accidunt. Animaduertimus etenim, quod, quemadmodum homines, si bile suffusos oculos habeant, omnia quæ vident flava existimant, & si candem lingua imbibiterit, quæcumque edunt amara arbitrantur, ita pro varia cerebri & mammillarum processuum olfactus organorum dispositione, modo gratum odorem ceu fœtentem abominari, modo pessimum pro iudicidissimo posse habere.

Homines pro varia organorum sensus dispositione varie dicuntur.

Quæ Casuum feminina abhorrebat, gravida mira appetebat.

Vidi feminam, quæ adeò à Casei odore abhorrebat, vt si cultro saltem, quo Caseus incilis fuerat, improvidens panem sibi diuisisset, in Lipothymiam ferme incideret: vbi tamen hac prægnans fuit, bis terue ita Casei odore oblectabatur, vt absentem etiam, veluti præfens esset, olfacere continuò diceret, & quod mirum magis, audiissimè semel atque iterum cundem comedenter. Ex viris etiam plurimos, non nisi putrido cloacam spirante ollari illo Caseo, quem alij ceu simetum stomachabantur, vesci non aliter, ac si Louis ipsis cerebrum appositum fuisse, & vidi & videndo naueam concepi. Poterit itaque bestijs etiam aliquid in Panthera, quod nobis fecerit, bene oleare.

Aristoteles profecto lib. 9. de Hist. Animal. cap. 7. *Pantheram*, inquit, *sese abscondentem venari dicunt, propterea quod suo odore bellus delectari intelligat, proprius enim ita accidunt, quas corripiat.* Vbi quidem Aristoteles bestias ceteras Panthera odore capi, at non ideo iucundum hunc esse hominibus, affirmabat. Nam & eadem Panthera abominando humani simetum fecere, ceu suau quodam odoramento capit, & eidem veluti remedio, suum aduersus venenum *Pardalanches* dictum, inhiat, deglutitque. Verba eius haec sunt: *Panthera cum venenum, Pardalanches ab angore dictum, ederis; quo Leones etiam intereunt, stercus hominis querit, eo enim ipso iuuatur, quo circa venatores stercus ibi propinquum suspendunt ex arbore aliqua, ne procul bellua abeat petens suum medicamentum.* Itaque infilis ibidem, & spe capienda per seuanas in se efferrenda immoratur.

Panthera odor bestiæ suis tanquam gratus.

Et licet ipsa hoc querat, vt medicamentum, medicamenta autem (quod obiecere quis mihi posset) omnia ferme nobis ingrata sint, probabile tamen existimo D E V M ipsis animalibus medicamenta quoque sub specie quadam iucunditatis proponere voluisse, ad quæ naturali appetitu, illecebrâ veluti ducta, non aliter ac nos ad pabulum, ferrentur. Neque enim ego ipsa bruta hoc intellectus discursu vti existimo, quod nempe velint etiam eligere medicamentum sua natura ingratum quidem, modo gratissimam sanitatem summum ipsis bonum recuperare valeat. Veli & nos sapere hoc medio amariissimo, medicamento inquam, ceu quid dulcissimum esset, vtimur: quia finis, propter quem assumitur, hoc est ipsa sanitas (sine qua & diutiae & liberi, & Principum fauores & coniugum amores solent) dulcis & iucunda existit.

Panthera fecori humani steroris inhiat.

Et propterea quando iam laudatum Aristotelis locum Iul. Cas. Scaliger explicans, *Mirum vero, dicit, Pantheram carniuoram, herbam (pardalanches nempe) devorare, prudentia remedium nosse, nocumentum non praeditum!* Duplex ipsis re-

sponsum oppono. Primum, animalia bruta insitis quibusdam, ut Scholæ loquuntur, speciebus tam venena quam auxilia sua cognoscere, ut fugit Agna Lupum, & puluis gallinaceus Miluum, quem prius nunquam conspicerat. At tamen hæc æquè ut nos decipi posse, quis dubitat? Si quis enim voracissimo Lupo Lycoctonon, aut Cani famelico Nucem vomicam in puluere carnibus inspergat mandenda, an non eodem prorsus modo fallentur, ut nos? quibus aliquando incautis per fraudem, loco salis aut Sacchari, *Arsenici* puluis in cibis offertur, aut per inaduententiam & bona fide præbetur: ut contigisse memini erranti Sepiasiarij puero, qui loco farinæ ex oryza confectione magnam *Arsenici* puluerizati copiam dedit, quod & cum lacte ceterisque aromatis coctum plurimos, qui ex pulmento hoc esfauerant, è vita sustulit; alios antidotorum ope, vix tandem semiuiuos, reliquit. Certus sum vaccas, ut alias raseam bestias, quamplurimas venenosas herbas, ne olfactu quidem dignari, si sola ipsis offerantur, incautas tamen saepè eas cum reliquis herbis, viti & *Bubresim* esfaret, vnde adeò inflantur, ut nisi fascijs oboluuantur, per medium crepare videantur, plurimæ etiam moriantur.

Secundum responsum tale esto: Non absurdum videri, carniuoram bestiam herbis quoque subindè victitare, id quod supra in Lupo vidimus. Et ego domi Feles duas teneo, qua Melopeponum, quorum hoc Augusti mensis tempore esus nobis frequens est, pulpà seu carnibus adeò afficiuntur, tam audè & manibus meorum familiarium eripiunt, ac si animalium veræ carnes aut pisces essent. Domestica in Canibus ac suibus exempla quoque habemus variabili voracitatis. Iucundum certè spectaculum saepè mihi præbuerunt tria diuersorum generum animalia, qua domi olim meæ alebam; *Felis* satis magna, *Cuniculus*, & *Sturnus*. Hac prandientibus nobis diligenter præsto erant, & quoscumque è mensa ipsis cibos projiciebamus, gnauiter ore excipiebant. Vnanimes quinimò ex una eademq. patina comedebant. *Cuniculus* tamen timidissimum animalculum creditum, reliqua duo morsu non parò abigebat. Ut vel hinc discas, diuersum cibum ut eadem animalia, ita cundem diuersa sumere. Plurima huiusmodi omniuora animalia Græcis dicta *raptaria* tam aquatilia, quam terrestria, cap. 32. libro doctissimo suo de continentia, vel de sanitate tuenda recenset *Marsilius Cagnatus* Medicus Romanus, quo olim ego Doctore & Medicæ Laureæ Collatore, postmodum collega, qua in docenda Medicina in Athenæo hoc Romano, qua in curandis agrotis nostris saepissimè vñs fui.

Cum Pan-
thera non
sit Zibethi-
cū animal
an sit Hy-
ena veterū.
An lacte
humano pa-
sta bruta
mâluerat.

Marsilius Cagnatus eruditiss. Romanus Medicus fuit.

Ergo *Hyena* non
sit *Zibethica* animal
an sit *Hyena* veterū. *An lacte humano pastam* bruta māluerat.

Et quandoquidem nunc euicimus Pantheram non esse Zibethicum nostrum animal sive *Algaliam*, cum corporis totius figura, capitis cumpromis maximè reclamat, an Petro Bellonio assentiemur, qui Antiquorum *Hyena* nam porius substituit? Hic enim lib. 2. cap. 20. suarum observationum, sicut se Alexandriæ *Civettam*, hoc est animal Zibethum fundens vidisse ita circum redditum, ut cum hominibus colludens, nasum illis, aures ac labra sine morsu prehenderet, quod ab incunte ætate humano lacte enutritum fuisset. Hoc autem Antiquorum *Hyena* esse. Non dubito quicquam feritatem suam eiusmodi bestias deponere solere, quod in Lupa quoque vidimus, sed humano id laeti attribui debuisse assensum vix præbeo. Nisi

Lupinos.

Lupinos confessim mores ex Lupino lacte *Romulo* ac *Remo* dare velimus. Quod enim alter horum Fratricida fuerit, non quidquam probat; Nam & *Cain* *Abelum* fratrem, optimo *Eua* prima Matri nostræ lacte altus, occidit. Et catelli sapientius multorum vberibus applicantur deplentes abundantiam lactis, qui in ferino suo ingenio ob id nihil mutant. Solet feritatem hanc potius continua quædam cum hominibus conuersandi assuetudo mitigare. Memini mihi à *Francisco Stelluo Lynceo* Fabrianensi viro, ut ob animi candorem omnibus est carissimus, ita ob Matheos scietiam tam *Claudio*, *Valerio*, & *Magino* olim amicissimus, quam à *Galilio* nunc astimatisimus, oculato teste narratum fuisse, cum Serenissimi *Ducis Parmensis* Bestiarius Leoni maximo Diaria præberet, & manus ioculari ipsum palpo demulceret, ausum etiam fuisse caput suum Leonis etiù inferere, quod ludibundus Leo leniter deitibus arrodebat, nec ullam ipsi noxam inferrebat. Dux, vbi hoc ipsum stupens paucique conspexisset, globo plumbeo Leonem quam celerrimè traieci & interfici iussit. Ne iteratis vicibus tentatura idem bestia, non iocandi, sed laniandi subiret dir libido. Et Bellonius quidem certo sibi persuadet, ut dixi, si cum veterum descriptione, quam *Hyene* assignant, *Civetta* (ut ipse hanc bestiam Zibethicam nominat) conferatur, prorsus vnum idemque animal esse.

Et quandoquidem hic Veterum autoritatem implorat, Aristotelem, ipsi maximè suffragari censere quis poterit. Hic enim de Hist. Anim. lib. 6. cap. 32. de *Hyena* agens, Lupi colorem ipsi tribuit, qui etiam in nostro est animali Zibethico. Secundo præter genitalia & excrementorum meatum, alium adhuc assignat loculum Aristoteles non peruum, qualis quidem omnino in *Civetta* conspicitur, ex quo odoramentum Zibeth datum, colligitur & extrahitur. Et hunc meatum ait Aristoteles, tam in masculis quam feminis reperi, & hic in Zibethica bestia eodem prorsus modo se habet. Atqui haec non siccò sunt pede transuenda. Aristotelis enim testimonio *Hyena* habet iubam per rotum dorsum, qua Algia nostra deest. Vnde locum hunc paulo supra Aristotelis laudatum Scaliger declarans. *Iubam* habet *Hyena* quemadmodum *Equus*, ait, sed seta duriore. *Iubam autem in fronte tanum habet Hircus*, in fronte & collo *Equus*, in collo & armis *Leo*, in toto dorso *Hyana*. Quæ ex 8. de Hist. Animal. cap. 5. didicerat.

Est & aliud huic aduersum opinioni, non parui momenti argumentum. Cum enim Antiquis persuasum fuisset, promiscuum esse in eodem animali sexum, ob tria nempe illa iam dicta foramina: Vnde Ouidius quoque 15. Metamorph. inquit.

Passa marem, nunc esse marem miretur Hyenam.
Aristoteles eos confutat, & vtrumque separatum sexum dari in *Hyena*, vereq. feminas ac mares esse, assertit. Deceptionis hanc causam assignans, quod ex tribus illis foraminibus vñper imperiuñ sit, nec intra corpus, (quod in pudendis fieri tam solet) penetret. Et quidem imperiuum meatum, tam in mare quā in feminis sub cauda statim collocat, sub hoc excrementoruñ exitu, sub quo genitale. Quæ Iul. Cæs. Scalig. Cōment. suo in hunc locū, optimè vidit & egredie-

Bellonius
confutatur
Hyenam,
putans esse
Zibethica
bestiam.

*Ad Aristote-
li dida-
contraria
opinioni
Bellonij.*

*Cur pute-
tur *Hyena*
mas & fog-
mina esse.*

explicauit, à situ argumentum capiens, meatum seu rimam illam imperuiam non posse esse pudendum, siue matricem, esset enim supra podicem collocata, id, quod animalium nulli contingit: Hec ipsiusmet verba ibi leguntur: *Est igitur inutilis meatus ille feminæ naturæ facie, tum quia est imperius: tum à situ. Quomodo enim matris supra rectum intestinum sub dorso est, si meatus excrementorum inter illam rimam & reterum est?* Ingenuè fatis hæc, verum quæ minimè concordant cum ijs pauculis, quæ de Hyæna aduersus Cardanum scribit: *Exercitatio*ne 217. particula septima. Negat, inquit, Aristoteles in masculo (Hyæna) eam rimam, quæ sub excrementorum exitu est, perniacum introrsum est. Dicere debuisset, quæ supra excrementorum exitum est, si Aristotelis mentem declarare, nec sibi ipsi contradicere voluisse. Sed labi humanum est, quod mihi, si aliquoties vñuenerit in hoc scripto, ut culpam libens fatebor, ita non illibenter castigationem recipiam, ut posteri meo errore etiam melius sapere, & aliquid dicere valeant.

Quomodo Hyæna à Zibetho animali diffusat. Atque his ita positis concessisque, Zibethicum animal ab Hyæna differere planè colligimus, in Zibethica enim bestia inuerso quadammodo ordinè rima hæc imperia situm suum obtinet. In feminæ namque sub cauda immediae excrementorum exitus, sub hoc rima, seu loculus Zibethi, & demum vulva conspicitur. In mare vero eundem primum sub cauda locum podex, post hunc rima & demum vererum siue masculinum genitale situm habet. Cum in Hyæna vtroque in sexu, rima illa pudendum famineum mentiens imperiuia illa statim sub cauda collocetur. Taceo nunc alia quæ ab Aristotele, Plinio, Iulio, Solino, Alberto Magno alijsque Scriptoribus de Hyæna corporis constitutione moribusque afferuntur, quæ cum Algalia nostra communè nihil habent, quin potius aliqua monstro similiora & fabulis proximiiora videntur. Quòd nempe spina ipsi dorsi adeò rigeat, ut collum continua vñitate flecti nequeat, nisi corpore toto circumacto, quod falsò eriam Leoni & Lupo Aristoteles attribuerat. Quòd voces item, singultus ac vomitus mentiatur humanos, ut tam homines quam Canes fallar voreretur. Quòd varietatem in oculis colorum omnimodam ostendat, in quorum pupillis lapidem gerat Hyænum dictum illa potestate præditum (si credere fas est) ut cuius hominis lingua subditus fuerit, prædict futura. Quòd animal ter ab hac lustratum amplius se mouere non possit. Quòd in Aethiopia cum Leena coiens monstrum generet aliud Crocuta dictum, cui adhuc magis monstruosas affectiones affinguntur. Quæ si vera essent, haçtenus nobis innotuissent, cum Itali iam, Hispani, Germani, Galli, Lusitani, Angli, Belgæ, Poloni vniuersum orbem, quæ maritimis, quæ terrestribus itineribus paragrarint, & plurima alijs *Hyæna* putata publicarint.

Sed hic ad secretiora Naturæ mysteria penetrandi lata patensque se via aperit. An inter animalia etiam Hermaphrodita reperiantur? habent enim nefcio quid reconditi sensus, hæc quæ ex Aristotelis lib. 3. cap. 6. de Generatione animalium verba subiecto: *Quin etiam de Trocho & Hyæna sultè, magnoque errore narratur, Hyænam enim complures aiunt, Trochum Heracloëa scribis duplex genitale habere, maris ac feminæ, & Trochum seipsum inire, Hyænam*

Hyænam inire & iniri annis alternis: sed visa est Hyæna mas & altera semina sui discrimine genitalis.

Quid Aristoteles per *Trochum* sium, quem nec describit exactius, nec alio in loco eius meminit, intelligat, equidem cum ignorantibus plerisque ignoro. Sunt qui ipsum Melema animal putent, quod Plinius lib. 8. cap. 38. illa solertia prædictu scriptis, ut in metu agitatum, sufflate cutis distentuictus hominum & *Canum morsus arcat*, quod nos hodie *Taxum*, vel *Taxum* appellatus. Et *Melema* aliqui

dicitum volunt à melle, cui aude inhat. Hoc enim nonnulli vtroque sexu polere crediderant, & Zibethum siue Algaliam dicebat Cardanus *Meli*, seu *Taxo*,

quod ad caput præcipue, similem esse. Sed haec mere conjectura sunt; forsan enim Aristotelis nec *Meles* cognitus fuit, de Zibetho certè parum sciuisse videatur, cum odorati liquoris circa pudenda colligendi nullam mentionem fecerit. Plinius lib. 8. cap. 30. *Hyænis* inquit, utramque esse naturam, & alternis annis males, alternis seminas fieri, parere sine mare vulgus credit, Aristoteles negat. Hic ego Aristotelem oscitantur à Plinio lectum animaduerto, neque enim vñquam negavit Aristoteles Hyænas sine mare parere, qui nec quenquam mortaliū hoc docuisse voluit, nec vulgo hoc creditum fuisse. Hac enim ratione seipsum Hyæna inire debebat, nisi a vento (quod in alijs bestiis fieri posse aliqui sonnariunt) forsan concepisset. De *Trocho*, & non de *Hyæna* hoc ex mente Herodoti Heracleotæ scripsorat. Hoc solum negavit, alternis annis tanquam marem feminas inire, & alternis à mariibus seu feminam superueniri, hoc est non esse Hermaphroditas, non habere nempe utrumque sexum; cum feminæ ex quo arque mares rimam quandam præter consueta genitalia loca habeant, quæ ad conceptum ac initium nihil faciat, cum intra corpus non penetret.

Aristoteles explicatur. Hermaphroditos tamen in rerum natura existere, viuè reclamare, ut existimo, experientie propterea non voluit. Siquidem lib. 4. cap. 4. de Generat. Anim. Vtriusque sexus genitalia membra in animalibus esse posse, his verbis admisit: *Quibus autem gemina habere genitalia accidit, alterum maris, alterum feminæ; ipsis semper alterum ratum, alterum irriuum redditur, cum per alimentum subinde delitescat, quoniam præter naturam est. Agnatum est enim modo absensus, nam & abscessus assumunt aliquid nutrimenti, quamvis post geniti sint,*

& præter naturam.

Plinius similiter lib. 11. cap. 49. Hermaphroditos concessit etiam in quadrupedum genere. Hermaphroditos ait, quadrupedum generi accidisse primum. Neronis principatu arbitror. Ossentabat certè Hermaphroditas subiunctas corpora suo, quas, in Treverico Gallie agro repertas, seu plane vñsenda res effet. Principem terrarum insidere portentis.

Ego quid in hoc portentorum genere, ut Plinianis dicam verbis, mihi vel visum vel auditum, ingenuè fatebor. Eodem, quo ex patria mea carissima, nimirum Bambergæ Romam proficerer, hoc est Millesimo quingentesimo & nonagesimo octauo à Christi Natalibus anno, puerum ibi pauperulum quinquennem vidi, cui inter pudendi muliebris labra, veretrum grandium propendebat; ex quo virnam quoque profundebat, ut masculus vestiebatur, Iacobi nomen in sacro Baptismate nactus.

Bamberga Hermaphroditus vius ab Autore.

Zz 3 Ante

Rome puer
la a natu
tate credi
ta, in pue
rum trans
fis.

Ante annos triginta Sedente feliciss. recordationis Clemente Papa Octavo, Ro
mana puerla mirabili Metamorphosi in masculum transformata fuit. Est autem
haec fidelissima rei transactæ historia, quam ab ore Antonij Belmarij per
tissimi Pharmacopœi, ad Beatæ Virginis Lauretanæ Aedem Rome habitantis,
excepti, qui codem ipso tempore, quo hæc fierent, in ædibus dictæ pueræ
Hermaphroditæ habitabant.

Historia
dicta Me
tamorpho
seos.

Possidebat hac puerla virtusque sexus genitalia, veruntamen, cum mentu
la vix appareret, & testum rudimenta saltæ aliqua adessent, ipsaque ex pu
dendo muliebri, quod sub masculino collocabatur, vrinam excreneret, ad
ætatis suæ annum decimum tertium fæmina credita, acu pingere, nere ac flere
muliebres edocta artes, scemine quoque habitu vestita incessit, donec repen
te vrina per biduum ipsi suppressa dolores cieret ingentes; de quibus apud ma
trem conquesta. Hæc locum muliebrem indagans, quidpiam cartilagineum in
eus enatum reperit, quod profundè ex solito foramine vrinæ remorat fe
cit. Hoc vbi Chirurgo perito indicasset, & hic simul virile membrum longiu
sculum solito factum aduertisset, fomentis emollientibus adhibitus, illudque
digitis sapiuscule & leniter tractasset, effecit, ut maxima vrinæ copia per ipsum
penem stupentibus omnibus proflueret. Quare superiorum iussu & imperio,
primarij VRBIS Medicis & Chirurgi vocati, rem vbi probè totam exploratam
habuerunt, posthac vestitu virili indui adolescentem iudicarunt. Hunc ego à
viginti quinque annis noui, nam postremis his duobus annis, vt vir Cl. Ludou
cicus Cescharinus, qui ipsi medicinam facit, nuperrime adhuc mihi retulit, domi
se continet, cum in eam crassitiem ac pinguedinem illi corporis moles exreuerit,
vt vix se amplius mouere possit. Fuit autem fœminei semper habitus & com
plexionis pituitolæ, imberbis, quamvis alte satis statuta! Calibem hactenus
vitam duxit, neutro enim in sexu quicquam valet. Apparet tamen adhuc pu
dendi eriam muliebris vestigia labra vulvæ nimis, & mascula vasa produc
tora. Artem Pharmaceuticæ a Patre didicit, & nomine eodem, quod in sacro
ipsi fonte donatum fuerat, adhuc gaudet ANNÆ nimis. Atque hæc non
prætereunda hoc loco, & in hac ipsa qua viuimus Romana vrbe, Historia mihi
vila fuit.

Aristotelis
locus de
quibus ida
qui Herma
phrodit
creduntur.

Dixerat Aristoteles quibus gemina sunt pudenda, rūnum ratum, alterum irritum
esse. At hic noster in neutro quicquam potest: An huic non verè Hermaphro
ditum dicemus; sed talem, cuius prædicto capite circa finem Aristoteles memi
nit his verbis? Pueris etiam quibusdam genitalis postremum, & meatus qua excremen
tum vesice transit, non eodem tecenderunt, sed infra meatus ille transgit, quam ob rem
demissis clunibus mingunt, qui testibus paulo in partem superiore retrahit, videntur
a longe simul & maris habere genitale & fæmine. Verum vtrumque hic sexum re
stè habuit, cum per virtusque pudenda vrinam emiserit. Alt neque hoc verum
Aristotelis decretum, Hermaphroditos vnum genitale saltæ ratum, alterum
verò irritum habere. Certorum enim mihi fide testimoniorum constat, fuisse
egregia statuta & ventusta facie iuuenem, qui modo gladium cingebat, modò
colum tractabat & agere patique posset. Nisi Aristoteles intelligat, qui fecun
dum virile profundit fæmen, cohipere non posse: aut vice versa, quæ grauidat sit,

An verum
sit in alter
ratio tan
tum. Her
maphro
ditos sexu
pollere.

gen-

generare in alia femina nequeat. Quod an verum sit, ignoro equidem.
Si tamen meis aliquam oculis fidem dare cogor, adducor ferè ut contrarium.
Aristotelis dictis credam. Exenterauit Theophilus Molitor domi meæ ante annos
quatuordecim murem domesticum maiorem illum quem Raurum appellare so
lemus, viuis autem hic captus fuerat, ne ossa cōminuta secleri confessiōni obes
serent. Et ecce rem miram! Hermaphroditus erat, & pragnans novem musculos
in utero conclusos gerens, non maiores, quam magna aliqua formica esset, viuos
omnes, & in quibus cor manifestissime pulsare videbamus. Erant hinc omnia
feminam constituentia genitalia, & semen preparantia, conscientia, testes
nempe, ac deferentia vascula cum sua matrice. Altera ex parte aderant similiter
dicta omnia vasa semen facientia & iacula tia masculina, cum ipso veretro, testi
bus quoque ac vesiculis semine denso & optimè cōcōcto onus. Videlicet & obser
vauit mecum hæc omnia iam sàpè laudatus Princeps Cæsus noster, qui & Ico
nenm statim à pictore confici, ego sceletum parari, iussimus, vtrunque adhuc domi
meæ curiosorum voluptati asservuo, & singulis ostendo. Cum itaque Natura
nihil moliri frustra prohibeat, quin Mus hic in vitroque pudendo texique
potens fuerit, facere non possum, quin assensum præbeam.

Vnico hinc & luculento, pace Lectoris mei curiosi, Naturæ miraculo & ar
gumento probabo, quam facile nos in diuidicandis Hermaphroditis subinde
falli possimus, si externa saltæ membra intueamur, nec diligenti post mor
tem animalium sectione interna rimemur. Reperio in Iuuenibus meis, hoc est
quinquenhalibus Medicis illis Observationibus, quas in Nosocomio S. Spiritus
olim collegiante hos viginti tres annos inter proiectitos illos infantes (quos ve
luti magnis locus hic sumptibus educat, ita amore materno proflus luctipit) sus
cepimus & pro Hermaphroditio indicatum puellum, vt Sacerdos de imponendo
in baptismate, nomine etiam dubitarer, inclinauit tamen animus Ioannem ap
pellare. Hic infans itaque in inguinum regione tres sanguine suffusos tumores
ostendebat, quorum medius erat productior & similitudinem aliquam cum pu
dendis virilibus, quæ in Cynocephalo Simia illa maiore visuntur, gerebat. Sub
hoc vulvæ putatæ labras sed imperio foramine conclusa latebant: Vnde an mas,
an fœmina, an Hermaphroditus potius esset, exactius cognosci nō potuit. Plurima
alia monstrofa in hoc cernebant corpuseulo, quæ alio loco, si quando DEVS
otium, vires & appetitas dabit, vt post tot alios de prima Hominis vita aliquid
mediter & Medicinæ saltæ studioſis promam, exactissime describam. De
cimoquinto hic à natali suo die obiit: cum enim vesica careret, & anum
clausum haberet, atque ideo vtrumque excrementum ex vno illorum in in
guine tumorum tertio die referato effunderet, viuere diutius non potuit. Hic
Anatome à D. Angelo Colio Senensi & à me subiectus, in stuporem fer
nè nos ambos egit. Reperimus enim tumores supra nominatos sanguine suffu
sos ex intestino Colo eo loci prolapsò erupisse, computruisse, facies inde pro
fluxisse. Ad eundem locum vhus vrerer desinebat, siquidem Vesica vt dictum,
careret, qui serum suum ibidem deponebat. Et cum genitalia membra & sper
matica sine seminalia vasa indagaremus, masculina proflus nulla reperire po
tuimus. Sed ecce mirabile dictu, duos intra ventrem conclusos offendimus

vteros,

Mus do
mesticus
major ve
rus Herma
phroditus
ab Auto
vius &
adferua
tus.

Lucunda &
mira villa
in hoc mu
re obser
vauit.

Docetur
quæ facile
in diuid
icandis Her
maphro
ditis falla
mur.

Monstro
sus infans
pro Herma
phrodit
hancius.

Quid in hu
ius cadave
re reperiā.

Nec mas
nec fœmina
nec Andro
gynos, sed
duplex fuit
famina.

vteros, cum annexis vrobiisque testiculis, sed unico tantum testiculo unico suo vero adhaerente ac valsi deferentibus semen, vti & præparantibus. Harum una matrix intus penitus abscondebatur, nec cervicem ad extera porrigebat: altera in dextro nempe latere exteriori, collum suum producebat: & vulnus dictam, quæ visa quidem, sed haud penetrans iudicata constituebat. Erat enim foramen, seu ductus ille adeo angustus, ut vix acicula caput admitteret. Et sic, qui infans nec mas, nec femina, nec Hermaphroditus coghosci verè potest, duplex feminæ fuisse inueniebatur. Atque hæc eius gratia libentius adducere volui, cum legisset apud Clementem Alexandrinum cruditione varia & morum sanctitatem conspicuum Scriptorem, Pædagogiam sua lib. 2. cap. 10. Hyænam nuncquam mutare naturam, idem enim animal non habere simul ambo pudenda masculi & feminæ, quod nonnullos existimasse ait, Hermaphroditos prodigijs narrantes, & hanc ex mare ac feminâ naturam innouantes. Et quicd ad Hyænam attinet, hanc habere sub cauda quid simile quidem pudendo feminæ, verum nequit quanm in matricem désinens, quoniam Hyæna nimurum animal sit falacifurum, & in hoc foramine tam feminâ post conceptum, quando auersi sunt meatus à Natura ad concipiendum destinati, quam masculus eriam, qui similiter agat & patiarur, suam expleant libidinem. Vult igitorey concludam deum, Clem. Alexandrinus Hermaphroditos non dari, aut producti à matre Natura, quod manifeste tamen, quam modo proliximus, experientia repugnat. Sed miramus tandem Hyænam peregrinum scilicet animal, forsitan hoc nobis tempore ignorum, vt cunque non definit, qui Lupum patet esse Africanum, quod hic villosus sit maximè, & vespere, suis nocturno tempore ambulet (quod quidem Hyæne proprium esse scribunt) cum interdui lateat ac Leonem ranc non minus, quamvis ipsum Lupum timeat. Et nunc ad Zibethicum nostrum animal regrediamur.

Postquam igitur tam *Pantheram* quam *Hyænam* Zibethicum animal esse negligimus, videndum porrò, à quibus tandem scriptoribus primò id nobis innotuerit. Sed antequam hoc agam, facere non possum, quin de *Hyæna* exploratoria & incunda quadam ex Augerijs Busbequij Epistola prima, quam de Legatione sua Turcica scripsit, hic afferam.

Hic igitur, cum *Amasiam* proficisceretur, & *Ancryam* Galatię, Turcis *Angur* diqam, peruenisset, scribit ibi locorum plura Turcarum sepulchra ingentibus onerata faxis, se offendisse, idque fieri duplii de causa. Prima ut si accusante Dæmone & defendantе bono, Genio, vita antea rationem redditurus sit mortuus, in eo sepulchro commodiorem sedendi & causæ sua dicendæ locum inueniat, huic enim ridiculo, miseri illi Turcæ figmento credunt. Secunda, ut à bestiarum iniurijs, *Hyænarum* principijs furtis, que mortuis corporibus inhiant, cadaveribus suis prospiciant. Ait enim Busbequius in ijs regionibus *Hyænas* frequentissime sepulchra suffodere, ad suas ossa speluncas congregare, tam humanorum, quam ferinorum cadaverum. Et ob id *Hyænas* facile inueniri ex osium cumulo, ante harum speluncas conspecto.

Describit autem *Hyænam* (id quod à paucis oculatis testibus factum memini) Lupo aliquantò humiliorem, sed nihil breviorem esse. Pellem habere.

Lupi

Lupi similem, nisi quod pilo sit horridiore, & grandiore, maculis quoque nigris distinguatur. Et (quod maximè hic norandum censeo) caput *Hyæna* dorsi spina contiguum sine vllis vertebris esse, vt cum respicere velit, totam le vertere necesse habeat. Ex quo discere libet verissimum esse, quod iam bis terre superius motui, fieri non posse, vt quod animal collum habet, non itidem in eo vertebras sit noctum, quod de *Lupo & Leone & Hyena* à veteribus fuit falsò proditum ijsdem illa carere. Ait enim Busbequius collum huius animali minimè esse, & caput dorsi vertebris immediate adhærescere. Pro dentibus etiam os continuum habere, creditum esse. Quæ quidem omnia sèpè ex aliis relatione scribuntur, cum in ipso Anatome longè quid diuersum subinde deprehendatur. Fidem tamen viro Nobili doctissimoque derogare minimè voluerim, cum duas ipse *Hyænas* Constantinopoli viderit. In amatorijs, inquit, cùm magnam Turcę, vt etiam veteres, tribuunt: cùmque essent duo eo tempore constantinopoli, mihi tamen credere grauabantur, quod se Sultana, hoc est Principis uxori, eas reservare dicerent, quippe quas phaltris & magiciis artibus animum mariti restringere, recepta in vulgus, vt dixi, opinio est. Fallitur verò Bellonius qui *Hyænam* putat, quen Cattum sue Felem Zibethum vocant. Hec Busbequius. Ex recentioribus etiam Ioannes Leo in Africa sua Nona descriptione, hoc ait ab Arabibus *Dabbu*, ab Africanis vero *Lele* appellari, esse forma Lupi, habere pedes humanis similes, humanis maximè cadaveribus delectari, quæ ex sepulturis auferat. Animal esse minimè astutum, & cum cantu ac Tympani sono maximè recreetur, fieri, vt interea venatores adeo ad Musicam attento, fune pedes ambos innocent, atque ita è speluncis suis extrahant, occidantque.

Redeamus igitur eò, vndē digressi sumus, & dicamus Ioannem Ruellium de materia medica, plantis præcipue, plurimum meritum, Lib. 1. de Natura stirpium cap. 27. Cum de Mosco locutus fuisset, de Zibetho hæc subiungere: Simile quippiam erudit e genitalibus locis ferae animantis, quod Zibethum recentiores Greci nominant, peregrino sermone. Ea autem Feli, que veteribus adficiuntur roris oberrat, non ab similiis, è cuius natura fôrdes manat odoratissima, que solet præcipue purgari, cum pars ea bac scateat roligine, tum vase ritro, vel alio recipitur. Greci hoc animalis genus, ex quo odoratum id recrementum elicetur, Zapetion appellant. Hæc ex Ruellio in suis dein commentariis ijsdem ferè verbis Matthiolus translulit, nisi quod Catos hos ex Syria allatos lèpè Venetijs viderit. Ruellius quoque addere debuisset, qui essent illi recentiores Graci, qui primi Zibethicæ huius bestiæ meminerint, apud quos nihil tale inuenio.

Sed longè ante Ruellium, circa annum nempe Christi i 478. Alexander Benedictus egregium suo zuo Medicorum decus, Lib. de curandis singillatim morbis hæc de Zibetho reliquit? Esse animal nempe haud veteribus cognitum, in Felium genere haberi, lingua tamen haudquaquam aspera, id quod mihi illud ex Felium genere eximit, pilo duro esse, atque odorato: barbam habere atque oculos noctu lucentes. Sunt autem & hæc eius concepta verba: Odoratum ex eo colligitur, femina intra genitale & alium, mari intra genitale membrum & testes, auriculario veluti instrumento oso. Est autem excrementarius quidam lento, primò butyri colore, qui mox liuidus redditur, singulis diebus drachma pondere.

Carnibus

Turc Hy
na ad ana
toria phil
tra fructu
venerunt.Ioannes
Leo Afric
anus hu
mam quoque
recorda
tur.Ioannes
Ruellius
de replan
taria plu
rimum me
ritus.Alexander
Benedictus
insignis
tempore
Medicus.Hic Zibe
thicum ani
mal delici
bit.